

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5472

Auteur(s) : Guillaume IV d'Otelles, Avranches (évêque)

Bénéficiaire(s) : Coutances, Notre-Dame (cathédrale)

Genre d'acte : vidimus

Authenticité : non suspect

Datation : [1223-1236]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume, évêque d'Avranches, Richard, évêque d'Évreux et Guillaume, évêque de Lisieux, vidiment une bulle du pape Eugène III du 26 février 1146 au Transtévère qui confirme les possessions et les privilèges de l'évêché de Coutances, à la demande d'Algare : la moitié de Coutances avec la moitié du tonlieu, les moulins, un champs clos et des terres ; la moûte des moulins de Benoîtville ; la moitié de la pêcherie de la Sienne ; l'église de Saint-Lô ; l'église Notre-Dame du Château à Saint-Lô ; l'église de Saint-Gilles ; les églises de Gerville et de Lumeville ; l'église Notre-Dame et l'église de La Trinité à Cherbourg, l'église Notre-Dame de Tourlaville, la chapelle de Flamengi et les terres du chapelain Ansgotus avec les dîmes ; les dîmes du tonlieu du château (castrum) de Cherbourg avec les libertés et immunités ; l'église Notre-Dame d'Equerdreville avec les dîmes, les terres et maisons ; l'église d'Aurigny ; l'église Saint-Sauveur à Gersey avec les terres et les dîmes ; l'église de Serc avec les dîmes et la terre ; une charruée de terre à Kravarreius ; l'église Saint-Nicolas de Barfleur ; deux parts de la dîme à Valognes, Yvetot et Huberville ; les maisons, vergers et trente acres de terre que l'évêché possède à Valognes avec les droits sur la forêt du comte ; l'église Sainte-Marie-du-Mont avec le cimetière, les dîmes et la terre de Raoul de Spada ; l'église Notre-Dame du Homme ; la pêcherie sur la Vire ; les dîmes des langues des baleines prises entre les rivières du Caredel et du Thar ; les dîmes de la venaison de toutes les forêts du Cotentin et de Damfront ; le château de Saint-Lô ; Blainville avec les moulins ; Tella ; Bonfossé ; Canisy ; Saint-Ebremond[-de-Bonfossé] ; le fief de Raoul à Saint-Gilles ; le fief de Robert ; le fief tenu par Robert comte de Gloucester ; Courcy tenu par Richard ; le fief tenu par Hugo Murdrac à Trelly ; Flottemanville-Bocage ; L'Oiselière à Lingreville ; les terres de Alodium, Crapolit, Unceium. Enfin, les archidiacons de Coutances ne pourront pas être jugés par la justice séculière.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, col. 239-241.

b. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 273, p. 410-413.

Dissertation critique

Datation proposée par J. Fontanel : il s'agit probablement de l'évêque d'Avranches Guillaume IV d'Otelles (1212-1236), de l'évêque d'Évreux Richard de Bellevue (1223-1236) et de l'évêque de Lisieux Guillaume du Pont de l'Arche (1218-1250). Le vidimus aurait donc été fait entre 1223 et 1236 (FONTANEL, n° 273, p. 413, note 1).

Texte établi d'après b

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, W[illelmus] Abrincensis, R[icardus] Ebroicensis, W[illelmus] Lexoviensis [...] nos privilegium bullatum felicitis memorie Eugenii pape concessum Algaro Constantiensi episcopo, [...] diligenter inspexisse [...] in hac forma :

« Eugenius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Algaro Constantiensi episcopo ejusque successoribus instituendis. In perpetuum. Ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio, fratres nostros episcopos, tam vicinos quam longe positos, debemus diligere, et ecclesiis in quibus Domino militare noscuntur suam justiciam conservare, ut quemadmodum patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Hujus rei gratia, venerabilis frater in Christo Algare episcopo, tuis justis postulationibus clementer annuimus et Constantiensem ecclesiam, cui Deo auctore presides, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona in presenciarum juste et canonice possides aut in futurum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propicio, poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus et per vos eidem ecclesie illibata permaneant.

In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : medietatem Constantiensis civitatis cum medietate thelonei et molendinis que in eodem loco habes et parco et terris Pinceralarum ; moltam Buinoldeville ; medietatem piscarie in Sena fluvio ; ecclesiam Sancti Laudi supra Viram fluvium cum ecclesia Sancte Marie in castro ejusdem loci ; ecclesiam Sancti Egidii ; ecclesias Gereville et Lumeville cum omnibus appendiciis suis ; ecclesiam Sancte Marie de Cesarisburgo cum ecclesia Sancte Trinitatis et ecclesia Sancte Marie de Tourbavilla et cappella de Flamengiis et terris Ansgoti capellani cum decimis omnibus et aliis ad easdem ecclesias pertinentibus ; totas decimas thelonei in prefato castro Cesarisburgi cum mansura Trium Burgensium et libertatibus et immunitatibus, tam in foro quam in foresta ejusdem castri que hactenus rationabiliter habuisti ; ecclesiam Sancte Marie de Escheldrevilla cum decimis, terris, domibus et aliis appendiciis suis ; ecclesiam de Aurenoio cum terra Quatuor Boum ; ecclesiam Sancti Salvatoris in Gersoio cum terris, decimis et aliis pertinentiis suis ; ecclesiam de Serc cum decimis et terra ad eam pertinentibus ; carrucatum unam terre in Kravarreio ; ecclesiam Sancti Nicolai de Barefleu ; duas partes decimarum de Valonis et de Yvetot et de Hubertvilla ; domos, virgultum, triginta acras terre que habes in Valoniis cum libertatibus et quietudinibus in foresta comitis, ad opus tuum et hominum tuorum, sicut hactenus eas rationabiliter habuisti ; ecclesiam Sancte Marie de Pupevilla cum cimiterio, decimis, terra Radulphi de Spalda et aliis pertinentiis suis ; ecclesiam Sancte Marie de Ulmo cum capella Sancti Nicholai et terra in eodem burgo que ad jus tuum pertinet et consuetudinibus et libertatibus quas in eodem loco juste habes ; piscariam in Vira fluvio ; apud Merri, decimas linguarum balenarum que capiuntur inter Tayr et Tarel fluvios ; decimas venationum in omnibus forestis et comitis de toto Costentino et de Danfront ; in Passeis, castrum Sancti Laudi cum omnibus appendiciis suis ; Blandevillam cum molendinis et adjacenciis suis ; Tellam cum appenditiis suis ; Bonum Fossatum cum pertinentiis suis ; Anesiacum cum adjacenciis suis ; Sanctum Ebremondum cum pertinentiis suis ; feodum Radulfi de Sancto Egidio ; feodum Roberti quod est in Magnis ; feodum quod tenet de te Robertus comes Gloucestrie ; Curciacum quod tenet de te Ricardus ; feodum quod tenet Hugo Murdrac in Treiliaco ; feodum quod tenet Robertus de Salceo ; in Haia, Fodvillam ; terram Aucupum de Lingrevilla ; terram de Alodio et terram de Crapolt, Unceium cum appendiciis suis ; in Cadomo quatuor acras prati.

Preterea presentis decreti auctoritate sancimus ut universi Constantiensis episcopatus fines quieti deinceps omnino et integre tam tibi quam tuis successoribus conserventur, sicut tu ipse et predecessores tui eos hactenus quiete et legitime possedisti. Ad hec adjicientes etiam, statuimus ut nulli archidiacono Constantiensis ecclesie in curia laicali causam ecclesiasticam tractare liceat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum locum temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur tuis ac pauperum Christi usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hujus nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini Redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Datum apud Transtiberim, per manum Roberti Sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, quarto kalendis marcii, indictione octava, Incarnationis dominice anno M° C° XL° sexto, pontificatus vero domini Eugenii pape in anno secundo ».

Nos vero dicti episcopi, ne forte contigeret prescriptum privilegium aliquo casu deperire, ad petitionem venerabilis fratris nostri Hugonis, Constantiensis episcopi, presenti scripto ad perhibendum veritati testimonium sigilla nostra duximus apponenda.